



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

11. Arcetur ab ingressu Ecclesiæ. Diversa hinc inde scripta assigit. Quæ  
jußu Principis avelluntur. Et prohibentur legi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

idque peritissimos Romanos Judices & illustriores Germaniae Academias sentire, Princeps publico etiam typo docebat; ipsi tamen praeconceptæ jam mentis suæ tenaces, populum in eam quoque sententiam de se primum facile trahebant.

Nec uspiam studiosior *Mallingerotius*; *Quo' sti-*  
ubi enim vidit indies augeri populi studia; *mulatur.*  
caque tam serio soveri quorundam Reli-  
giosorum ope, nihil æquè percellere ani-  
mos, atque vulgata in sui viri grandævi,  
præclarè de patriæ meriti, tamque inno-  
center patientis injuriam; ille rem ampli-  
ficando, Principis severitatem, Capitula-  
rium odia, Jesuitarum blanditias, argu-  
menta inclinatis ad suspicionem animis  
idonea permiscendo, mirum quantum &  
rei invidiam & à Principe, Collegioque  
Cathedrali abalienationem, & in *Jesuitas*  
odium cumulaverit.

Interim *Mallingerotius* auctâ ex fa- II.  
vore vulgi confidentiâ in principe tem- *Arcetur*  
plo non minùs, quam ante frequens erat, *ab in-*  
certus licet aliud à se confici nihil, quam gressu  
publicæ pietatis exercitia disturbari. Cui Eccle-  
malo ut occurreret *Christophorus Bernar-* *sia.*

*dus*, operâ Prætorianorum utramque ma-  
jorem templi januam, occlusis cæteris, ob-  
servari facit, & ab ingressu arceri Deca-  
num. Ille tametsi vim vi repellere licitum,  
næque id hoc rerum statu difficile

fibi

1654.

sibi fore, testabatur; nolle se tamen effundendo insontum sanguini aut sacrorum violationi præbere causam, sed citra juris sui læsionem ab ingressu tantisper se teperaturum, donec Judicis superioris auctoritate medela adferatur. Et spe Colonensium processuum jam erectus, subinde transiens, bono satellites animo esse jubet, hac à se molestiâ propediem liberandos.

Interim ut suam populo, quem ubiq; Judicem ambiebat, & innocentis læsionem,

*Diversa scripta hinc inde affigit.* & causæ justitiam comprobaret contra Anathematis diploma, & ipse diversa valvis Ecclesiarum scripta affixit; quibus

primùm, citatis sine locorum indice immensum authoribus, rem suam stabilire nitebatur; tūm enumerando irrogatas sibi injurias; immerentem, exutum Satrapia Horstadiensis administratione; ex arce Schonebeckanâ deturbatum; e Tunnariorum numero expunctum; provenitu Decanatus, ipso scil. alimento, inique spoliatum se dolebat; tentatam semper postulatis & dignitate & famâ suâ indignis concordiam; accessum ad Principem per se, per alios sollicitatum inuitatâ severitate bis pernegatum, ideoq; viam omnem componendæ liti obstrutam esse.

*Jus  
Princi-*

Princeps scripta hæc tanquam incendiua ac turbarum pabula, à nullam habente

te jurisdictionem affixa, lacerari confessim imperavit. Ut autem isti imposterum nocte antevertat *Mallingerotius*, aliud usurpat medium. Binas ex ligno confieri tabulas curat, incussis superne duobus uncis, ex quibus commodè suspendi possent; iisq; agglutinat, quæ legi volebat scripta. Has propylæis Ecclesiarum per famulos affigi præfens ipse mandat, relicto dein eorum altero excubitore, qui custodiat, & si forsitan accedant publico missi nomine tabulas surrepturi, avulsa illicò tollat, fugiatq;. Id consilium, quia ex animi sententiâ pluries successit, aliquamdiu continuatum est.

At verò Princeps quo minùs incauta Prohibe plebs censuris illicitæ societatis involvere-  
bentur, sub gravi poenâ edixit, ne quæ eo in legi.  
genere à Decano scripta, affixaque impos-  
terum legerentur. Sed eâ prohibitione,  
uti plerumque contingit, & cupido lecto-  
ribus, & justitiæ specimen Decani causæ  
accrévit: proindéque tanta certatim lecti-  
tantium multitudo advolavit, ut complu-  
res accurrentium turbâ præpediti, legendi  
aviditatem satiare haud possent, & alij ar-  
gumenta litterarum rogati, perceptis male  
periodis falsi, falleniesque, rudes animas  
facile circumvenirent.

Indies igitur gliscente ex *Mallingeretij* contumaciâ, populi factio-  
ne, incep-  
Prin-  
cep-  
evita-

1654  
pis lace-  
rantur  
& avel-  
luntur.